

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0576

0574

0580

0570

0585

0565

0625

0525

0675

0475

1075

0075

Ende

Anfang

3

stabunt in Jerusalem post eorum obitum. Invitus ego vellem esse peregrinus in Jerusalem eis absentibus. Unus homo est praefatus Frater Johannes. Alter est Elphahallo, Sarracenus, Calinus minor, bonus homo, de quo suo loco dicam.

Igitur cum processio esset ordinata et jam perfecta et finita eo modo, quo dictum est fol. 110 A., praedictus vir Frater Johannes una hora ante noctis medium convocavit ad se omnes peregrinos nobiles militiam assumere volentes in ecclesiam Golgathanam, hoc est, in chorum, ubi est mundi medium, ut patet fol. 117 A., et collocatis ante se comitibus, baronibus et nobilibus incepit eis jura militiae exponere, Et primo prohibuit, ne quis ad militiam suscipiendam praesumeret accedere, nisi nobilis a quatuor progenitoribus proximis esse probetur, et quod sit sufficientis substantiae, justus, non infamis, non notatus de aliqua infami inhonestate. Protestatus est autem, quod si aliquis accesserit non idoneus, et percussioni se subjecerit, quod percussio illa non teneat, nec talis pro milite quovis modo habendus sit, sed pro illusore et derisore et nobilium contemptore. Demum hortatus est eos, ut cum timore Dei et cum reverentia accedant ad susceptionem militiae, et Papae ac Imperatori, quorum auctoritate hic honor eis confertur, in omnibus obediant, ecclesiam catholicam defendant, et ejus jura manteneant; episcopos, monachos et quosque religiosos et omnes ecclesiasticos, et loca eorum et bona protegant et tueantur; rempublicam pacifice gubernent, et pupillis, viduis, advenis et pauperibus justitiam faciant, et omnes fideles turbatos consolentur praestando adjutorium, dum invocati fuerint. Insuper prohibuit, ut cum infidelibus nullo pacto foederarentur, sed eos, quantum possibile fuerit, de terris Christianorum longius ejeciant, et maxime, ut omni conatu ad hoc adspirent, quatenus terra sancta et sanctissimum sepulchrum de manibus infidelium eripiatur, et reges, principes, duces, comites, marchiones et caeteros armatos ad hoc inducant, ut terrae sanctae subveniatur quantocius, et in ejus succursum omnes animent et necessitatem et miseram subjectionem sepulchri fidelibus intimare studeant omni cum diligentia, et quod ipsimet omni hora parati sint procedere pro defensione terrae sanctae